



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

A fœminis horror. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

urgere. Tum enim, haud aliter,
quam si obnoxium hoicem ma-
ceraret, suasque iniurias armis
infestus vlcisceretur, insurgere;
atque ad hoc semper ingeniosus
esse, qui corpori, nihil dum eti-
am commérito, faceret ægrè.

IX. A feminis horror.

Oculos idem cum aliàs sem-
per, tum verò in primis vi-
gilatè cautèque gerebat, quum
obuiam alicubi fæminæ erant:
gnarus quàm facilè is sensus ad
accipiendam iniuriam pateret.
In congressu deinde, aut allocu-
tione, multò adiuic parcior. E-
dicto puerili (sed cui pondus ta-
men esset) palàm vetuit, ne qua
mætris pedisequa, pedem in cu-
biculum suum inferret. Quod si
vsu venisset, vt appellatus à fæ-
mina defugere officium honestè

non posset; tum paucis ea, quæ
visum est, & vultu tetrico, voce-
que graui ac seria. respondebat:
ratus, haud paulo præstabilius
fore, si id loci, subagresti inge-
nio, & infestiuo esse diceretur;
quàm vt blandiori flexu ad ictū
se nudaret. Hæc morum ratio
Antonio constitit, quo ad domi-
suæ in parentum ore, oculisque
puer, & in virtutum studio ti-
runculus, vixit. Quo tamen ti-
rocinio, non obscure prodidit,
quid esset prouectior ætas, si qua
contingeret, exhibitura.

X. Profectio Romana.

Maturauerat inter hæc paul-
latim Antonius; & adole-
scentis indolis, etiam foris spe-
ctanda, Romam destinabatur.
Accingitur itineri; & quò secu-
rior Urbem petat, pater ipse
(pro

(pro
mor
adiu
patr
(cer
mun
que
tus,
acri
cum
re di
effur
spati
super
const
vnda
cum
quan
clam
ctuu
mare
us, v